abbas et martyris claruit in gallijs tēpore dicti clodo uel regis frācōrum: qui ſub pſato ſancto viuardo remozum pontifice moribus et sapientia imbutus luxouienſe monasteriū petes sub abbate eustasio monaſticam vitā duxit. Dū die quadam in cellario viuardū ex vegeto in cereali hauriet vocatus ab abbate obedientia ſolitus et incautus viuardū quod fundebatur: reliquit vegeto nō clauſa. Quod dum cerealem impletet ſuperficie eius pertransiēt: in modū columne conſtituātū in gyrum vas coronari ceplit: nec aliquid de vino in terrā deſtixit: donec reuerso bercario q̄ti eſſet meriti apud deū oib⁹ innotuit. Post aliquid tēps de abbatis licentia rediit ad ſcribi viuardū: a quo in monaſterio p̄dicto ab eodē edificato in loco qui dū altimilare abbas p̄fectus eſt ſacre cōgregationi monachorū. Et dū filios ſuos ſibi cōiuiſſos moze boni p̄iſ et paſtoris diligenter curaret: exigeātē culpa quendam daguīnū monachū vberē discipline correxit. Qui moleſte h̄ ferēs iſligātē diabolo nocte abbate doziātē letali vulnere p̄cuſſit: et ut ferrū occultaret i p̄iſcīnā demerſit: qd deiſtudicio ſup aquā enatauit. **N**ot autē frater ille attorit et amens ad ecclēſiā currē ſignū pulſabat. Fratres autē hora inſolita exclatā admisrātes abbate percuſſum adhuc ſpiratē inueniērunt: et ferrū enatas cōſpererūt. Daguīnū quoq; quaſi inſanū in ecclēſiam repertum ut reum homicidij cōprehēnſum ad bercariū iudicādū adduxerunt. Lui ille q̄tum in ſe erat omnē diſmittens iniuriam deum per penitentiam con-



## Juard⁹

remeneñ. archiepifcopus claruit tempo re clodouet regis: ut ait figibert⁹. Quo etia tempore claruerūt reoliſ ſuoi ſuccesor: et bercarius martyr primus abbas ancylatchi, et

## De sanctis in mense septembribus occurrentibus Fo. ccxiiij.

suluit esse placandum et in christo martyr expi-  
ravit. Sepultus in monasterio suo. Ex cuius  
tumulo oleum diu manas languentibus mede-  
lam prestare consuevit. Passus est autem kalens-  
dis septembribus.

**D**e sancto Agilo abate

Lap. xxiij.



**A**bas tempore clo-  
douel regis frā-  
corum claruit.  
Hic Agnaldus  
nobilis confessor regis figi-  
berti filius bone indolis ad-  
huc puer sancti Columbani  
abbatis benedictione perce-  
pta sancto eustasio religioso  
viro cum alijs pluribus clericis omnibus post  
modum futuris ep̄is a parentibus traditus ē  
sacris l̄fis imbuedit; facutus monachus sub  
sancti columbani abbatis disciplina fuit conser-  
vatione mirabilis. Dum autē columbanus bru-  
nichildi regine sicut et alijs mulieribus ad itū  
monasteriū ph̄ibetur; et ob hoc ad instantiā re-  
gis a Theodorico rege de monasterio expul-  
sus esset; eustasio eidē monasterio substitutus;  
missus est agilus ad reges reconciliādū. Et cū  
longe iam a monasterio abisset; et nepos quidā  
vandaloni ducis precognito quare frat̄: cum sa-  
tellitib⁹ suis eum aggressus fuisse; ipsumq;  
eduero gladio percurrere velle; manus eius re-  
pente arida facta est. Eū veniā postulantī san-  
ctus manus suā restituit: in quo audito miracu-  
lo rex placatus columbanū ad abbatiā suaz resti-  
tuit. **C**on processu hō tpiis missus est agilus cī san-  
cto eustasio a lotario rege ad vicinas gētes ad-  
huc gētes predicas: ubi multos ad xp̄m cō-  
uertit; et miraculis couisauit. Nā in via demo-  
niacū liberavit. Badabergā virginē cecē illu-  
minauit; ei quoq; eidē sc̄riū fabricāti salutē  
subita orationib⁹ ipertrauit. **E**ū igit̄ sc̄riū au-  
doen⁹ ep̄s sup̄ torrētē: qui dicit resbacē: in p-  
prio solo monasteriū de suis facultatib⁹ cōstru-  
kiser; eidē monasterio agilus abbatē prefecit;  
vt dictū ē supra in legēdī sc̄riū andoēi. iiii. noī.  
mai. **L**utino vicez cenobij construēdi locus eidē  
andoēo diuinis traliter ostēsus est. Trbus  
eī noctibus sup̄ xp̄m locū vidit rubē in modū  
crucis mirabiliter radiantem: et deinde tribus  
diebus subsequenter eundem locū in modū  
crucis repperit roze conspersum: eo s. ambiū  
quo monasteriū fuerat construendū. **D**ū aut̄  
agilus abbas hospitalitatē sollicitus intende-  
ret: die quadā media hyeme leprosum ante fo-  
res inuenit ad ignē calefaciēcū addurit: xp̄m  
subito nūl vidit. **A**lta vice ad mercētes cum  
fratrib⁹ accessit: et tēpestate subito ingruente  
signo crucis edito imbrē a se et messoribus co-  
pescuit: grādine per gyrum circa eos nimia deci-

dente. **A**nnorū. xviii. existens orauit: vt de  
hac vita solueret: cui relatiū est q; post biennium  
votū obtineret. Sicq; ceterarius migravit ad  
xp̄m kal. septēbris: in cui⁹ transitu adeo monas-  
thus choros angelorum psallētes audiuit. In ei⁹  
etia sepulta frater quidā febricitatē: et talis  
dolore dentis tortus tactu corporis liberant.

**D**e sancto Antonino martyre. Lap. xxiiij.



**A**ntoninus

martyr apud apa-  
mias passus est: q;  
ex eodem oppido orisūdus no-  
bilis genere ab infantia chris-  
to seruēs et virgo permanēs  
amore martyrij flagrās ex vi-  
de sua discessit. Et dum chris-  
tianos per̄cheret ad p̄blyte-  
ratus ordinē ascendit: et inde  
verbū dñi dissēminādo processit. Cum autē  
ex itinere fatigatus sit in nimis laboraret: ora-  
tione fusa virga solū percussit: et statim fons vī  
una scaturit ad eius refectionē: et deinceps ad  
egroz salubritatē. Reuersus aut̄ apamia et gē-  
tileis impugnās martyrij suū fidelibus predi-  
xit. Verum dum loca sacra cum quibusdā chris-  
tianis visitaret: et ab eis aliquantulum diuer-  
tisser: a paganis rētus et intra flumen ad radī  
ces mōtis apamie decurrēs decollat⁹ est. Cor-  
pus quoq; eius mēbratim disceptū et vna cum  
capite in flumine demersū est. Sed diuino mē-  
raculo sanguis de corpore fluens in vnu cōges-  
latu: et in vnu a fidelibus collectus est. Aqua  
etia fluminis a cursu defistens ad corpus collis-  
gendū xp̄ianis in alueovia fecit. Sicq; corpus  
vna cū sanguine lenatū atq; sepultū est. Caput  
autē eius ab angelis de mane sublatū nauicula  
parue imponit: et duobus angelis in similitudi-  
nē duarū aquilarū nauicula contra fluminis  
cursum sine remo gubernatib⁹ ipam ad habi-  
taculū festi principis deduxerūt: quē sanctus an-  
toninus ad fidē xp̄i quererat. Qd festus per  
spiritū diuina revelatione cognoscēs ad nauē  
descendit: caputq; collegit atq; habitacionem  
suam a loco illo remouēs in domo p̄pria caput  
deuote recondidit: dominus suā in ecclesiā com-  
munit. Passus est. iiii. noī. septembribus.

**D**e sancto Hedericō abbate. Lap. xxv.



**H**edericus

abbas apud edvē  
sem clivitatem cla-  
rust. Hic ex ipsius  
civitatis pago nobili genere  
ortus. Cum esset annoz. xiiij.  
inuitis parentibus ad monas-  
teriū ipsi vrbis fugit: et mona-  
ch⁹ effect⁹ penitēcie mirabili  
operā dedit. Nā i hebdomada

## Liber

vix solummodo cibum sumebat: et cisticlo aspergimmo carnē domabat. Successit abbatū defuncto in regimine loci: multis miraculis pollens. Nam monachus quendam libidine dū grauitate tentatum: et fere ad desperationē adductū tunicam suā induens ex cesso ab illo demone etiā corporaliter viulante ad castitatem nimia reuocauit. Alii etiam ante completū officium ecclesiam egrediente diuīs corereptum reliquias panis suis elaborauit: et repete ad emendationē reduxit. **C**leī dum famā populi ad se consuētū effugieret in vasta heremo se concludit: sed de mandato episcopi ad monasterij regimēnē iuistus redidit. Post modicū autem orationis gratia parvus vensens in cellula sancti petri duobus annis. et ix. mensibus se includens discipulos cōuo cavit et eisdem obitus sui die prenunciato in pace quietuit. iiii. nonas septembribus anno dominicccccccclxxiiii. orthos imperatoris tertii anno primo: sepultus ibide miraculis fulgēs.

**D**e sancto Losina confessore. Cap. xxv.



**O**simas cōfessor natione grecus in insula crete. heremiticam vitā duxit. Qui omnibus diebus vite sue ieiunans et oratio nibus vacans in quodā antro resedit. ubi et post laudabilem vitam in pace quietuit. iiii. non. septembribus. Luius corpus cuiusvisser ab incolis loci intra ciuitatē translatum est ut honorificentius coleretur. Quod deo et sancto discipulis evidenti signo apparuit. Nā maxima aeris siccitate superneniente a refacta est terra et fames valida subsecuta: nec prius illapsa de celo pluia fertilitas abundauit: donec sanctum corpus ad loci sui abdita reductum est. Post annos xō fere. cccc. corpus ipm a venetiis navigantibus inde sublatum est: et venetas translatum: atq; in monasterio sancti georgii maioris reconditum: ubi ad presens quieticit.

**D**e sancto Elpidio episcopo. Cap. xxvi.



**E**pidius lugdunensis episcopū fuit: qui multa sanctitate flagravit et doctrinā et miraculis coiuscavuit. Qui et poplū del sibi cōmissum fesci cura gubernā apud prefatam ciuitatem. iiii. non. septembribus in pace quietuit. Sepultus in ecclesia sanctorū. vii. machabeorū in qua sc̄i iusti eius predecessoris ep̄i mēbra tumulata requiescunt.

## Octauus

**D**e sancto Elpidio abbate. Cap. xxvii.



**E**pidius abbas genere cappadocior fuit. De q̄ scribit heraclides qui habitauit i specu studio abstinentie cunctos vincēs. Nam per annos xxi. quos libivit dñsco tñ et ious diebus cibum sumebat: alijs diebus nihil oīno gustabat: ac per totam noctē stādo et orando psallebat: quem innumera multitudo fratrum sequebat. Dum autē scopio illum nocte quadā percussisse: ipē eo calcato ne standi quidem spaciū in quo steret mutauit intantū dolorem cōtempst. **S**armentū vitis aridum extra tempus debitis ab eo plantariū adeo crevit: ut vitis magna sacra infra annū rotā ecclesiam operaret. Hic per annos vigintiquācū nunq; ad occidentē se vertit: nec solem declinante cōspexit. Luius exemplo discipulus eius sienniū cum apud eum septem annis fuisse: in sepulchro se clausit: in quo stans per triēniū semper oranit: nunq; die vel nocte deambulans aut sedens aut iacens. **E**lpidius igitur post annos predictos ad cappadociam regressus et presbyter factus fratres et sorores in viuum collegit: et cenobio construcio in pace quieteuit. **L**uius festus agitur. iiii. non. septembribus.

**D**e sc̄iis Euphemia Dorothea Tecla et Erasima virginib; martyrib;. Cap. xxix.



**E**uphemia: dorothea: tecla: et erasma virgines passe sunt in aquileia civitate repose neronis imperatoris sub seuasto præside. Fuerunt enim duo fratres nobiles et ditti illi elusde urbis. Quoz malor noīe valētius paganū genuit euphemia et dorothea. Alter noīor noīe valentianus xpianus genuit reclam et erasmatā: qui tā filias suas q̄ nepotes sepius ad domū suā venientē ad fidē xp̄i secreto eruditib; q̄ sc̄iis hermocoraz ep̄o in ipa domo cathetizauit. valētius aut̄ lussit fieri turrim excelsum sup fluminū natūsum: ita ut flumen p̄ medius turris fuerit p̄ arcus revolutos: in q̄ turri flumina sua ppter earū nimia pulchritudinē collocaret: donec eas maritis traderet: duasq; fenestrās tñ in ipsa turri fabricari p̄cepit. Sed cu ad ciuitatē tergestinā p̄recesserit: euphemia et dorothea tertia fenestrā cereris ampliore construt fecerunt: ut in ipa ad oīonē stare possent. **C**um autē die quadā descendissent ad fluminū ut ex more se laquarent supuenerunt et germane ipsarū tecla et erasma: et orantibus virginibus ut aqua fluminū mundaref quatenus dignē baptizarent: natūsum fluminū retraxit undulas et sterit. Eadem hora supuent̄ valentianus cum beato

## De sanctis in mense septembri occurribus. Fo. ccv.

hermacora; et viso miraculo gratias deo egerunt. Quas sanctus hermacoras continuo baptizauit et deo virginis dedicauit: easque valentiano commendauit. Reversus autem valentius eodem die: et videns tertiam fenestram in turri construam dicidit a magistris: quod ad mandatum filiarum suarum eam fabricassent. Et interrogauit filias suas cur tertiam fenestram fieri iussissent. Que dixerunt: ut maius lumen ibi fulgeret nolentes ei indicare: quod causa orationis eam constrauerint et dinassent. Post aliquot tempus cum valentius filias suas vellet viris tradere: eo quod a plurimis nobilibus in coniugium peterentur. Respondunt virginis se christi spolum immortalem habere: cui virginitate sua perpetuo dedicassent. Quod audiens valentius iratus arreprogladio eas interficere voluit. Ille vero ad dominum valentianum patrem fugerunt. Quas valentianus vacuum filiabus suis in angulo domus abscondit. Et cum pessisset: ut hec sancto hermacore episcopo nunciasceret. Valentius cum servis suis venit ad domum fratris: et filios et requireret. Ecepit: et interrogans duos ex seruis valentiani ubi essent: unus quidem eas celauit. Alter vero eas propalauit: qui statim arreptus a demone se ipsum in natis si viso necauit. Valentius vero filias et neptes in angulo repertas christum adorantes apprehendit: et ad dominum suum adduxit. Altera vero die ipsas quattuor servas seuastas presidi tanquam christianas puniendas tradidit: quas preses ante se iussit adduci: et cepit agere: ut sacrificarent. Et dum se christo domino sacrificare dicerent: iussit eas nudas virginis cedi: deinde veris pedibus suspendi: et malleis capita carum contundi: usque dum per naras earum sanguis distillaret in terram. Et cum hec omnia constanter tollerasset: et deo semper gratias agerent: preses fecit eas in carcere recludi. Mane autem facto mandauit sterum sibi virginem presentari: et videns eas sanas effectas ad deorum sacrificia exhortabatur: eo quod dii eis copatientes eorum vulnera curassent. Sed cum se christo domino sanitas assereret: et non ab eius deo quos esse demones comprobabant. Iussit eas se uastas in equuleo suspendi: et ad latera ipsarum lampades ardentes applicari. Deinde fecit illarum mammillas amputari: et canibus deuorandas iactari: quas tam canes intactas custodiebat. Iterumque eas preses mandauit in custodiā recipi. Nocte autem ipsa Valentianus mammillas virginum intacras: et sicut rosas splendentes inuenit: quas hermacore episcopo pro reliquiis obtulisti. Sequenti vero die mandauit preses virginem nudam per totam ciuitatem aquilete circumducere. Orante vero euphemia angelus domini operuit eas stola candida et corpora illarum restituit omnino illesa: ita ut nec cicatrix in eis appareret. Et cum illesa fuissent presidi presentate videns se uastas ipsas: ut sole facie splendetes auctor deos

omnes gentes confutantes: iussit illas capite truncari. Quas pater ac patruus earum valentius arreptus ad summitem turris: quā fecerat trahit: et manib⁹ eas pro pīs decollavit. Eo porro illarū cū capitib⁹ ex alto in finmine posuit: et subito facto nimio terremotu ignis de celo veniens: quem cū oībus qui secū erant: et ipsam turrim usque ad fundamēta consumpsit. Eius et nocti valentianus cū sancto hermacore presenti ad flumē ad corpora requirendā: dū essent iuxta portā valentianā: ecce venit nauicula cum duobus viris splendidis ad ripā fluminis: que dī clemētiana: in qua nauicula corpora sanctarū cum capitib⁹ posita erant: que illi duoviri sancto hermacore obtrulcrunt. Qui vna cum clericis suis et valentianō gratias agēs corpora vestigia num de nauicula levavit: et in domo valentianī in monumēto marmoreis se pīs sepelirent: ubi taliter construxit: et domū ipsam in honore sanctarū ecclesiā consecravit: valentianus quoque omnē facultas suas ecclēsie cōcessit. Passē sunt autē sancte virginē. Iij. non. septembri.

De sc̄a seraphia virginē et mar. Cap. xxx.



**S**eraphia virgo passa est a pudicidū venditano principe et preside byzillo. Hec genere antiochenā veniens ad urbem declinavit ad domū beatæ sabine relicte nobilissimi valentini: quā sua predicatione ad christum conuertit: ut dictū est supra in passione sabine. Iij. kal. septembri. Quod audies byzillus preses misit ad virginem cōprehendendā. Sabina post virginem diligens: parato curru una secū ad pretorii perrexit. Preses autem ob nobilitatē sabine virginis deferens eas cū pace dimisit. Sabinam tamen quod magicis artib⁹ demētata christiana fuisse effeta dure redarguit. Post tertium vero die preses seraphia rapuit: et cōsibi presentari fecit: ipsamque ad deo sacrificia invitauit. Que cum se christo domino immaculatum sacrificium offerre diceret: sequitur ex perpetua virginitate: quam deuotuerat: et pīlū deliciū assereret: mandauit pīses: ut violari debaret: quatenus amissiā pudicitia templum dei esse desineret. Tradidit illā duobus iuuenib⁹ lascivis egypciis: ut ea per noctem integrā reverent: quā illi in cubiculum obscuriorē introduxerūt. Oratē vero virginē cum circa primā noctis horā ad eā accedere vellent: facto magno sonitu cū horribilis terremotu iuuenes tremescari ceciderūt quasi exanimes ī terrā mēbris oībus resolutis: quos mane missi presidiis illuc destinati iacentes et omni corpore impotes invenerūt. Factoq; con-

cursu nimio virgo christi ad presidem adducit  
et quibus hoc maleficis fecerit interrogatur.  
Illa autem non maleficis diaboli: sed virtute  
christi miracula peracta fuisse narravit. Lui  
cum presbiteris dixisset: ut si non hec magicis artibus fe-  
cisset illos in Christi sui nomine surgeret: et loqui  
faceret. Seraphia iuuenes ad se duci fecit: su-  
per quos nec stare: nec se mouere: nec loqui va-  
lentes orationem fudit: eosque in Christi nomine co-  
tingens in columnas erexit: qui mox coram popu-  
lo stantes et omnibus suis membris facti cōpo-  
tes loqui ceperunt: atque presidi narraverunt: Q  
dum contra voluntatem eius virginem contingere  
voluissent iuuenis decous stature procerime  
ut sol spicēdēs se interposuit: qui illos adeo suo  
lumine terruit: qui mox amissis sensibus defec-  
ctio eos apprehēdit. Quod audiēs preses et ea  
magicis artibus ascribes iussit eā expoliari  
et eidē lampades applicari. Quibus mox diuini-  
tus extincis ministri eas tenētes lāpades cor-  
ruerunt. Preses autē adhuc ipsam potius male-  
ficam existimans mandauit fustibus cedi. Sta-  
timq̄ terrmorus magnus factus est: et fractis  
fustibus astuta vna de stipitibus oculū dextrū  
p̄sidis percussit: et post triduum ipsum amissit. Lunc  
indignat̄ presbiter virginē capite cedi iussit. Que  
decollata est trās arcum faustini luxta aeream  
vindiciant̄ ducis: cuius corpus beata Sabina in  
eodem loco sepelit̄. itij. noī. septemb̄is.

**D**e sancta phebe discipula. Cap. xxxi.



**H**ebe discipula aposto-  
lorum fuit: de q̄ paulus aposto-  
lus ad romā. vi  
cimo ca. mētione facit: quā et  
ip̄e fratribus romē existētib⁹  
intime cōmēdauit: eo q̄ sibi  
et multis alijs discipulis ī mi-  
nisterio fideliter astitit. Que  
et ipsa in vita sanctitate et honesta pudicitia in  
Christo pausauit. itij. noī. septemb̄is. Sepulta ro-  
me: ut scribit Hieronymus.

**D**e sancto Antidio episcopo et  
martyre. Cap. xxxii.



**A**ntidius episcop⁹ et mar-  
tyr ap̄ turones  
passus est reponere honori impe-  
ratoris sub persecutione exan-  
dalica. Hic ep̄s turonē fuit.  
Qui tēpore quodā feria. itij.  
hebdomade sancte: dum pon-  
tem domini fluminis transiret: vi-  
dit principem demonū in throno sedente: et  
agmen ministrorum viuunquęq̄ sua mala gesta

suo principi referentem. Inter quos ethiops  
terrimus retulit q̄ romanum presulem zo-  
num septēnō de lapsu carnis impugnatū do-  
minica palmarum prēterita ad crīmē cōmitren-  
dum cum virginē quadā induxit: in cuius testi-  
monium vnum ex sandalib⁹ ei surreptū in iudi-  
cio presentauit. Quē princeps demonū super  
cuncos plurimū honorauit. Lunc ep̄s eundem  
demonē ad se vocās in virtute dñice passionis  
ei mandauit: ut eadem velocitatem qua roma ve-  
nerat illuc se incolumen deferret. Et sic in dñō  
confusus super demonē ascendit et septus veri  
culū illum. Deus in adiutoriū meū intende. re-  
petens incolumis ab illo vectus in cena dñice  
hora celebranda officiū romā peruenit. Demo-  
nus autē āre forē ecclēsie lateraneū expeca-  
re iussit sandalib⁹ ei rapuit: et ad papā accessit.  
Quē alloquēs secreto rem sibi visam et oīa ge-  
sta retrulit: negantis sandalib⁹ quē amiserat: et  
quem adhuc se misisse non aduerterat ostedit.  
Sicq̄ ipm ad pniam puocauit. Missa quoq̄y  
ce eius ea die celebrabit̄: partē chrismatis a se  
cōfecti sumpit̄: missaq̄ celebrata p̄tifici vale-  
faciēs: demonē pre forib⁹ expectat̄ inuenit su-  
per quē reascēdens eosque ipm reuecrat̄ in sab-  
bato setō hora celebrādi officiū ad ecclēsiā suā  
sospes rediuit: demōq̄ statim euauit: et antidi-  
us celebriās et cathecuminos baptizās vbi fue-  
rat: et quare mirati p̄plo enarrauit. Deinde san-  
ctus martyris persecutiōne vādolozū tētus p̄ Christi  
cōfessione in faciem celsus et varijs scribus cru-  
ciatus: multisq̄ vulnerib⁹ in membris oīibus cor-  
poris atritus: tandem gladio capite cesus est:  
turonisq̄ sepultus. itij. noī. septemb̄is.

**D**e sc̄is antonino et aristeo mar. Cap. xxxiii.



**A**risteus martyres apud urbem  
capane capiū passi sunt. Qui  
antoninus cum esset annor. x.  
aristeus ad fidē conuerse. Lunc  
quo postmodum tentus et va-  
rijs supplētiōs cruciatus tandem ambo cedere  
gladio martyrij palinam consecuti sunt terro-  
nonas septemb̄is.

**D**e sancto Moyse duce et pro-  
pheta. Cap. xxxiv.



**O**yses pro  
pheta et dux populi  
israel q̄ ter patres  
sc̄os antiquos nō  
solum ecclēsticē. xlvi. capl.  
sed etiam in multis locis diu-  
ne pagine: tam in nouo q̄ in  
vereti testamento conscribi-  
tur: et plurimum commendat̄  
tur filius fuit Amram et Jo-  
chaber̄ eius yxor̄ de tribu Leui genitus in

## De sanctis in mese septembri occurribus Fo. ccxvi.

Egypto. Eius admiranda opera in quatuor libris pentateuchi ultimis prolixius descripta hic cōpendio se recolliguntur. Cum enim hebreorum populus a iacob descendens in egypto multiplicatus innumerabiliter excrevisset. Pharaon rex egypti noīe amenophis sciens prophetatum filii ex hebreis nasciturū qui regnū egypti humiliaret mandauit omnē hebreorū masculum nascentē in fluo necari. Et igitur rex cū amīra uxorem nollet cognoscere malens liberis careare q̄ neci filios procreare dominus enim per somnium astitit dicens ne timeret ad contumeliam accedere: qz puer quē timebat egypti ex ea nasciturus erat. Natus ergo moyses per tres menses a matre absconditus est: cū viterius celare nō posset: exposuit eī in fiscella stupes in flumine nīlo. Quem thamur filia pharaonis: que descendebat ut lauaretur vagientē videns suscepit: et matri proprie ad lacrandū tradidit atq̄ ablactarum in filiū adoptauit quē vocauit moysen: eo q̄ ipsum ex aqua tulisset. Egypti enim moys aqua ī saluatū dicunt. Eius venustē et elegantia videns rex coronā suam in qua erat dei ammonis imago capitū pueri iposuit: quā puer in terrā protecīt imaginē fregit. Sacerdos autem heliopoleos a latere regis surgens dixit illū esse pueri de quo prophetatū fuerat: q̄ regnū egypti hūllifarer: et voluit eī trūrere. Sed auxilio regis et persuasionē cuiusdā sapientis liberatus est: qui per ignorantiam hoc a puerō factum asseruit. In cuius argumentū prūnas allatas puer ori apposuit: et lingue summiatē corruptit. Et ex hoc hebrei ipeditioris lingue illū fuisse aurumant. Tantę pulchritudinis fuit: vt nullus adeo seuer vel rāz ardus occupatus esset: qui eius aspectū non adhuc eret. Cum autē adoleuerisset moyses: ethiopes egyptū vastauerunt. Et habuerunt egypti respondum a dīo: vt adiutorē hebreo r̄terentur. Virḡ obtinuerunt a filia pharaonis: vt moyses sam iuuenē bellicosum effectum exercitū suo preferirent ducē qui fluminis itinerē tanq̄ longe pretermisso per terrā duxit exercitū itinerē brevissimo: vt iprouisos ethiopes preueniret. Sed per loca plena serpentib⁹ iter faciēs: tulit in arcis papyreis ciconias egyptias serpētib⁹ naturaliter infestas: et quotidie castramētus via vnius diei p̄mittebat eas: vt serpētes fugarent: ac deuozaret: et ita tut⁹ per noctē trāsibat exercitus. Tandē pieueniens ethiopes expugnans illos: fugientes in ciuitatē regiā noīe saba potenter obseedit. Tarmis ḥō filia regis ethiopum conlectū oculos in eum: et ex condito tradidit ei ciuitatē: ipseq̄ eam accepit in uxorem. Inde est q̄ maria et aaron iurgati sunt ad uersus moysen propter uxorem eius ethiopissam: obſcientes ei q̄ eam decepisset. Et cum redire vellet moyses nō accepit uxor. Moyses autē astroz perit duos annulos cōsimiles fe-

cit: in quoꝝ gēmīs imagines fabricauit: vt altera memoria: altera obſlūione cōferret. Et anulo quidē obſlūionis uxori tradito: ipse alterum amoris tulit. Sicq; mulier cepit et amoris obliuisci: et moysi in egyptum libere reuerti p̄misit. Tuit autē in terrā gessē ad fratres suos: tūdens quēdam prefectū operis egyptiorū percutientem hebreū secreto occidit: et abſcondit in sābulo. Et cū die altero inueniſſet duos hebreos r̄stantes: et iniuriantē argueret: ille ei homicidium egyptiū perpetrātu obiecit. Qd audiens moyses timuit: et potissimum qz rex hoc cōpero querebat interficere eū: fugitq; moyses in terrā madian: et cū liberasset septē filias hietro nīs sacerdotis a pastorebus eas violare volentibus filiam primogenitā ipsius sacerdotis sephorā nomine accepit in uxore: ex qua duos filios procreauit: scz gerson et eliezer. Dedit autē hietro curam gregum suoy alendorum moysi: qui uies eius pascent in deserto venti ad montes dei oreb. Apparuitq; ei oīis in flāma ignis de medio rubi: qui ardens non comburebatur: precepitq; ei vt iret ad regem egypti et ad filios israel pro liberatione populi: et ostendit ei signaque faceret corā eis: excusatq; ei de impedimento lingue: aaron frātē eius eloquētissimū in solacium et auxilium loquendi dedit. Tulitq; moyses uxore et liberos: et profectus est: cui occurrēt angelus in via corripuit eū: eo q̄ filius mīnoz īcīrcūfūs esset: vnde et uxor territa cū liberis remansit: ne possent moysi esse impedimento: ipse ḥō solus processit. Veniensq; ī egyptum cum aaron fratre suo: congregauit seniores israel: narrātes eis verba domini: feceruntq; coram eis signa de virga: que vertebatur ī colubrum: et de manu moysi etiam postea ī finū leprosa facta ē: et de aqua de nīlo hausta et ī sanguinē cōuerfa. Quod vidētes sentiores crediderunt: et simul cum eis ad regem ingressi mandatum dei vt populum dimitteret et nūclauerunt. At ille deum et eos contēnens derisit: populumq; hebreorū magis affixit. Erat autē tunc moyses annorū. lxx. et aarou. lxxxiiij. qui ingressi iterū ad regem egypti signa coram eo fecerunt. Primo quidē virga moysi ī colubrum versa deuorauit virgas magnoru: que similliter verē fuerant ī serpētes. Induratoq; pharaone et incredulo permanēt: percussa est egyptus decem plagis his versibus cōprehēsis. Prima rubens vnda: ranarū plaga secūda. Inde culex tristis: post musca nocentior istis. Quista pec⁹ straut: vesicas setta creauit. Post sequit grandio: post bruchus dente nephando. Nonna regit solem: prīmā necat vltima prolem. Per hanc vltimā plagam eduxit domin⁹ populum ex egypto. Transtulit enīz angelus domini per omnes domos egyptiorū interficiēs omnē primogenitū hominū et iumentorum. Quam plagam vt euaderent filii israel māda-

## Liber

to dei fave celebrarunt agnum assūm̄ cum az̄mis panibus comedentes et de sanguine eius postes dominus linientes; quod perpetuis temporibus dñs celebrari constituit in memoriam eorum liberationis et in figuram dñs passio- nis. Spoliauerūtq; egyptios hebrei dñs iū- dicio pro mercedis sue recōpensatione; q; sc̄ gratis et dñs cum magno eis labore seruerant; nec quicq; mercedis percepserant; id eo etiā tu- lerunt ab eis aurum et argentum; ut inde fieret tabernaculum. Erant autē in populo tūc quasi ccccc. milia vitrorum absq; parvulis et mulier- bus. Et ascēderūt ex egypto quīntra progenie a iacob. Dñs autem precedebat eos per coliz- nam nubis in die contra seruorē solis; et ignis per noctem contra caliginem; quib; coar- tatis inter mare rubrum et aspera montū; cum persequerentur eos pharaeo cū. ccccc. curribus et i. milibus equitum penitens q; eos abire di- misisset; prebente ducātū eis moysē; ipse iuben- te dño mare rubru tactu virge in. xij. diuisio- nes diuisit; et isrl'ficcis vestigis mare transiit quo ceteris tribub; primogenitis intrare post moysen dubitabibus iudas primus intrauit; vnde et ibi propter fidem et obedientiā regnum promeruit. Ingresso igitur post eos pharaone cum curribus et equitibus suis mediū ficei ma- ris; subito reuersa est super eum a tergo omnis moles aque; et obruptus est ibi cum viuero agmine suo; vnde adhuc existunt in eodē litto- re tractus rotarum et vestigia equitum ac pedi- rum que ibidem et in profundo adhuc cernunt; que si casu vel studioe turbantur morū diuinis in formam pristinam reparatur. Submerso igitur rege egypti moysē carmen examerrū; scilicet Lantenus dño. decantauit; vt dierū est supra in gestis marie prophetiss. kalen. iulij. Cenienſq; cū populo in marath; aquas im- potabilis immisso ligno dulcorauit. Deficie- tibus etiam vſtualibus dum populus murmu- raret pristinas delicias in memoriam reuocās orante moysē dñs eis cothurnes et manna de celo misit; quod contra dei preceptū in cras- stinum reseruatū computauit. De isto autē mā- na filii israel annis. xl. in deserto sustentati sunt quod habebat omne delectamentum et sapozis suauitatem; et voluntati cuiuscunq; deseruitq; ad quod quisq; solebat in eius sapore coner- tabatur. Iterū moysē in raphidim populo murmurāte propter defecrum aque petrā oreb virga percūtiens aquā eduxit. Item mitiens iōsue ad pugnādū contra amalech et ipse in mō- te orans eleuatis manus vsc; ad solis occa- sum ei victoriam impetravit. Odense. x. iij. egressionis de egypto. s. iunio prima die mēse venerunt filii israel ad montē finā; que fuit a fave dies. xlviij. Et tunc sanctificato prius po- pulo die tertia post; scilicet quinquagesimum dīem; acceperunt legem a domino in decalogo

## Octauius

mandatorū. Post datam hō legem et populo re- citatam moyses in monte finā iusta dñi prece- dum ascendit. Qui ei domū saphirini coloris in exemplar tabernaculi faciēdī ostēdit cū vīc filibus suis; ubi moyses. xl. diebus t. xl. nocti- bus absq; cibo et potu cum domino permanēt caligine qua mons operiebat circūtectus audi ut eum iubētē de tabernaculo costruendo; de arca; de mensa; de altare; de cādelabro; de vesti- bus sacerdotū et oībus alijs ad sacrificia perti- nētibus; que in exodo plenis tractant. Hō autē in monte morā faciente populus impariēt ab aaron et hū deos perit; qui et vitulū confi- titem eis dedit; cūq; populus adorauit; de quo supra actū est in gestis aaron kalē. iulij. Moysē autē descendens de monte cum hoc vidisset indignatus tabulas legis dei sibi datas cōfres- git; vitulum cōbusit; et vigintīquatuor millia de populo interfecit; ut supra ibidem dictum est. Deinde veniā quā percēbat populo suo obtinēt posteriora dei. i. tergū eius in humana effigie trāseūtis vidit. Duas quoq; tabulas litar pio- rum prescidēs decē legis h̄cepit in eis defri- psit. Iterumq; xl. dies in teiunto cum domino faciēt splendida facie et radīs oculos intuen- tiū reuerberatibus descēdit. Ideoq; loquēs populo faciēt velauit. Et tertio iterū vt tradidit hebrei ad imperrandā venie certitudinē ascen- dit. Completoq; cū dño tertio teiunto quadra- genario nona die septembrib; rediit. Reuerlus quoq; iuxta dei mandatū tabernaculū et omnia ad id pertinēta fabricauit; prima die secundū an- ni in deserto erexit; et gloria dñi illud operuit per diem incubās sup illud in nube et per noctē in igne. Ad eius elevationē deinceps filii isrl' castra mouebāt; ea hō stante et ip̄i stabāt. Inde dñs moysē vocauit; eisq; sacrificiorum legem dedit. Cum autē eleante se nube filii israel de monte finā recedēt; viam triū dierū iūscent; vt irent ad terrā promissionis murmurauerūt pre dolore. Diffisiq; exploratozibus ad ipsam terrā spissq; post dies. xl. reuerlus terre sibi p- missē detraherūt; vnde et iuxta numerū dierū quibus exploratores eandē terrā considerauerūt; xl. annis impediti per desertū circuerūt; donec omnes a viginti annis supra mortui sunt; preter caleph et iōsue qui, p parte dñi stererāt; de quibus dīctū est iuxta in eoz gestis kalen. septembrib; s. Post annos hō. xl. locutus est dñs ad moysen de divisione terre pmissē et de substi- tutione iōsue; q; populū introduceret; eisq; ter- ram diuidideret. Et numerauit moysē populū a xx. annis supra. Inter quos nullus eoz q; pmo numerati fuerāt cū egressi essent ex egypto su- perites erat preter caleph et iōsue. Post hec mortua est maria soror aaron in cades ubi mur- murāte populo ppter penuria aque; de māda- dato dñi moyses virga percussit petrā; et aque largissime egressi sunt. Et q; moyses et aaron

## De sanctis in mense septembribus occurrentibus fol. ccxvij.

diffidenter egerunt: cum alio fiducialiter egisset gloriam videlicet miraculi sibi attribuens et non domino increpati sunt a deo: et ex hoc terram promissionis intrare non meruerunt. Eodem anno mortuus est aaron in monte ore: cui filius eius eleazar in pontificatu succedit. Deinde cum venisset populus in salmons et propter labores itineris murmuraret: immisit eius dominus serpentes ignitos a quorum lesionem per aspectum serpentis enei super stipite ligneum subente deo per moysen eleuati: post modum sanati sunt. Et inde profecti ad torrentem fared quem siccis pedibus sicut mare rufum transferunt: et iuxta arnon castramentati pugnauerunt contra secon regem amoreorum: et regem basan et terras eorum ac ciuitates obtinuerunt. Quas moyses tribubus rube et gad: et dimidie tribubus manasse citra iordanem in somum cocessit. Deinde moyses anno. xl. videlicet mortis sibi imminentem populum ad iordanem conuocauit. Ibiz deuteronomium condidit: quod latine dicitur secunda lex: non perficit alia a prima: sed eadem secundo repetita. Mortuus quoque ad instar iacob patriarche populo benedixit. Tandem iuxta preceptum domini monte abarin ascendit: et inde ad montes nebo usque ad verticem ipsum que dicitur phasga: et inde contemplatus est terram promissionis: ubi et iubente domino annoz. cxx. mortuus est pridie nonas septembribus. Et non cognovit homo sepulchrum eius usque in presentem diem: quod ideo iudicet diuinitus factum dicatur: ne ipsum mortuum populus per deo colereret: eo quod ad idolatriam prius essent. Hec ex libris exodi: levitatem et iudeum et deuteronomium: et ex chronicis iosephi: berymoni: petri comestoris et gislelmi.

(De sancto Oduseo presbitero. Lsp. xxv.)



**O**dus filius ecclesie presbyter vir sanctis tare conspicuus et in scripturis diuinis doctus: et in earum sensibus subtilissima exercitatio ne limatus fuit. Hic perutillia ecclesie plura digessit: excersit enim ex sanctis libris legendis tortius anni festiis aptas diebus. Responsoria etiam psalmorum cōgruentia temporis et lectionibus etiam respondentia compositum: Scriptis et ad eustasum episcopum sacramentorum librum egregium et cōpendiosum. Homelias etiam declamauit. Et plenus virtutibus humanitatis apud massiliam debitum soluit: ubi et tumulatus intra culis vivit. Hec gemmadius.

(De sancto Marino confessore. Lsp. xxvi.)



**M**arinus cōfessor in ciuitate ariminensi. claruit tpe diocletiani et maximiani imperatorum. Qui dum ex omni parte diversarū artū magistros et operarios cōgregassent ad reconstructionē ariminēnsi. ciuitatis q̄ circa annos dxi. cxx. reparari ceptit: contigit ut ex dalmatice partibus duo magistri dolandoꝝ lapidū aduenirent: videlicet marinus et leo qui ex arbore. ciuitate oriundi xpianus ab infantia dño scrupulante labore manus suarum pauperibus eleemosynas tribueret. Vi ad predicta ariminēnsi ciuitatis reedificationem venientes: viderunt plures xpianos sua de provinciā per prefectos operum in odium xpiane fidei iussu principis iniustis ponderibus aggrauari: et ceperunt eos in suis laboribus adiuuare. Post aliquot dñi dies marinus asellū emisit: quatenus illius ad miniculō fratribus suis in portā lapidibus subueniret. Deinde ad monte titanū accederentes ad saxa excidēda ibidē cum alijs operariis trienniū peregerūt. Post annos dñi tres leo cum paucis comitib⁹ perrexit ad monte felicianū: qui mōs ferreti inscupatur: ubi sibi cellam constituit: et deo seruire cepit: anachoriticā vitā dūces. Martinus dñi cuim alijs xpianis ad ciuitatem ariminēnsi. reparandam remansit: ubi usq; ad operis perfectionem perseverant̄ christianos in laboribus adiuuās et eis ut poterat charitatiē ministrius. Nec propter laborem corporis orationes pretermittebat: aut festinū: sed quanto plus carne affligebatur: tanto in laboribus fortior videbatur. Completo dñi claustratis edificio ipse ciuitatē alia non manus sacram in celis edificare cupiens: predicationis officio diligenter instare ceperit: multosq; gentilium eriam ex sp̄is idolo: et sacerdotibus ad xp̄m convertit. Interea dum antiquus hostis cum perturbare a diuino opere moliretur: quandam mulierē a deo dementauit: ut effecta insana de partibus dalmatice ariminēnsi usq; reniret: marinum virū suum legitimū requirēdo. Quem vt inuenit ipm importunis precibus ut se eius coniugem suscipere flagitauit. Quam ubi marinus admiratus desperit: illa insana presidem adire marinum ut virum suum expertit: et de christianitate accusauit. Quod cum vir dei cognovisset: ad radices montis titanī nocte latester aufugit: et ibidem in antro se artissimo collocauit: ubi anno integro manens faciem hominis non vidit: solis agrestibus herbis et aqua de rupe liquante post nonā quorūdile refectus. Tunc diabolus ut eum terroreret: omne ferarum genus et diversa monstra et vilulantes preterebat: sed vir domini fixus in sancto proposito persistebat. Post annum a bubulcis greges in monte pascentib⁹ inuentus et agnitus est:

D

## Liber

famam eius cluitatem delecta mulier illa vesana ad locum accessit: et marinum agrestia in hortulo ferentem inuenit: ipsumque ut sibi adhuc rarer instanter imperare cepit. Quis signo crucis contra eam edito: ostium cellule in faciem eius clausit: et diebus sex continuis nullum sumens cibū in oratione perseuerauit: post quos mulier ab immundo spiritu liberata: delusiones diabolicas cognoscens veniam petiit: et ad urbem rediens omnia nefanda que commiserat a diabolo delusa publice reserantur. Cum autem fama viri dei crescente a multis frequetaretur: edificavit ecclesiam in honore beati petri apostoli. Et dum quidam ex clibibus ad eum accederet: ut eum ex luore inuidie tangere magnum inde repelleret: orate marino subito omnibus membris corporis destitutus: etiam ipsa lingua obmutuit: ita ut nec se posset mouere: nec verbum proferre. Quod: mater eius per nutus intelligens ad marinum accessit: et filio suo gratias et sanitatem precibus impetravit. Quos cum gentiles essent: marinus ad christum conuertit: ipsorumque et omnem eorum familiam numerum quinquaginta baptizauit. Eodem autem tempore gaudentius episcopus ariminensis directus ad ipsam urbem a romano pontifice audita fama sanctorum leonis et marinii: eos ad se per litteras accessit: et leonem interpresbyterum marinum vero in diaconum ordinauit. Dum autem redirent: et versus asinum marinum deuorasset: ipse versus capistro alligauit: et ut ipsum ad locum suum deferret vicem animi supplens imperauit: quod versus cum omni mansuetudine pfectit. Exorta vero heresi a martiano presbytero ariminiensi: que niro modo ecclesiam perturbauit: cum christianos iterum heretici persequeretur: et gaudentius episcopus cum pluribus fugiisse: marinus in cella sua perseverauit: nulloque fugientium christianorum timore perterritus inde remoueri potuit. Sed versus ad finem vite indolenter in vita sanctitate perfidens anno domini ccvii. pridie nonas septembribus quicunque in pace. Sepultusque est in cellula sua in titano monte: qui vocatur pena sancti marinii.

**D**e sancto Marcelllo martyre. Cap. xxviii.



**M**arcellus martyr passus est in civitate cabilonensis sub persecutiōe antonini imperatoris. Cum enim sanctus photinus episcopus cu[m] alijs. xlviij. apud lugdūnū. comprehensus esset et in uno carcere. I. christiani inclusi essent. Et his omnibus marcellus et valerianus nocte ab angelis vor-

## Octauis

catis pariter ac soluti dimissi sunt. Et marcellus quidem sequanorum: valerianus vero edios rum provincias perierunt. Itaq[ue] marcellus cabilonē deueniens: dum a preside prisco ad prophanum idolorum coniuersū fuisse inuitatus: et huiusmodi epulas execravat: omnes qui aderant idolis seruientes libera increpatiōe corripserat: ab eodem preside in arbore vinculis per ramos astrinxens omnibus corporeis membris totus denique flagellis celsus: deinde depositus tormentis pluribus afflictus est. Et dum christum in omnibus confiteretur constans: inaudita crudelitate iussi presidis erexitus et versus ad cingulum terre decessus et obesus est. Qui triduo in confessione domini perseverans spiritum deo dignum reddidit pridie nonas septembribus. Sepultusque est in eadem ciuitate. Latus sepulchrum a gunterano rege aureo ciborio exornatum est: valerianus vero passus est in edueni. ciuitate: ut dicetur infra vii. kalendas octobris.

**D**e sancto Bertino abate Cap. xxviii.



## Bertin⁹

abbas et ciuitate constata orfundus claruit. Qui cum numolino: et ebertramino propriam patriam relinquentes ad sanctum audomarum episcopum morinē venerunt. A quo ad predicandum missi officium legationis fideliter implauerunt. Cum autem adaldo prediues filius non haberet: de consilio sancti andromachi christo placere cupiens maximam partem facultatum suarum predictis tribus sanctis contulit ad monasterium in honorem beati petri apostoli construendum. Quod et factum est. Dum autem sanctus bertinus cum predictis in ipsa adhuc ciuitate resideret: decedente actio eiusdem urbis episcopo: numolinus ad episcopatum prouehitur. Ebertramino vero ad eodem facto episcopo monasterio sancti quintini preficitur. Sanctus vero bertinus apostolem sibi deo serviendi locū requirens: de se dispositioni committens nauē ascendit. Et angelico ductu sine remo vel remige contra iecū fluminis versus ad locū a deo praeuisum deuenit: ubi de bonis fibi collatio ab adaldo monasterium no[n] scyphim in honorem apostolorū principis construxit. Ibiq[ue] monachorum multitudinem congregauit: quibus et deo serviens laudabiliter profuit. Et in christo quiescendo miraculorum gloria clarens ibidem sepulturam accepit. Litus festum colitur nonis septembribus.

**D**e sancto Victorino episcopo et martyre. Cap. xxix.

## De sanctis in mense septembri occurribus. Fo. ccxliii.



**V**ictorinus episcopus et martyris apud urbem romam passus est tpe nerue impa toris. Qui ex territorio am terne ciuitatis ortus: cum post obitum parentum una cum seuerino fratre suo: omnia per christo dispensassent scimus pedagogantes pariter custodia mutuo seruientes nudi heremum petserunt: verum victorinus ad altiora tendens relicto fratre artissime celule se reclusit: ibique dudu[m] penitentie operibus vacavit. Sed dum nocte quadam diabolus ei in specie pueri vagantis et flentis ac hospitium requirens apparuisset: ille misericordia mortis eam introduxit. Et dum ei sacerdos per pedem tangeret: corde magis tactus et specie prius atque blanditias allecrus cum ea cōcubuit: mortis demon ut fumus evanuit. Ad se autem rediens sanctus ad germanum accessit: et casum deplorans penitentiam egit. Nam in arbore scissa manus includens modico herbaru[m] cibis et aqua a fratre sustentatus per triennium peccatum suum deseuit. Unde ab episcopo ciuitatis visitatus monitus ac solitus in maxima sanctitate per seuerantur miraculis gradiauit. Deinde primo est ad episcopatum amterne ciuitatis electus ipsum eligere. Inde postmodum sub ipso rato[n]e nerua cum euryce et marono ab aureliis no[n] iudice per christi u nomine relegantur. Et ab urbe militario via salaria. Postmodum aut in loco qui corillas diceb[us]: ubi putentes et sulphuree emanant aque capite deorsum per tres horas suspensus est. Et deinde per triudum in carcere clausus. No[n] uissime gladio capite celsus vicer[us] migravit ad christum non. septemb[us]. Cuius corpus clues amterne. post duos dies rapientes in ipsa ciuitate honorifice condiderunt.

De sacerdotio Victorini confessore. Cap. xi.

**V**ictorinus confessor claruit rome tempore constantini imperatoris. hic carthaginensis rhetor in urbe rome florentissimi me dum paganus esset rhetori cam docens in traianis foro stas tuam meruit: hieronymus presbyteru[m] cardinalis inter alios insignes auditor[um] habuit. In scena circa aut ad fidem christi querens: aduersus arru[m] libros adeo scriptis obscuros: ut nisi ab eruditis intelligatur: commentarios etiam in apostolū edidit: ut dicit hieronymus libro de illistris. De hoc refert et augustinus libro confel. Q[uod] dum vicitorinus ad fidem peruenisset: et cum simplicianus no[n] viro dei sepius colloquiū habens christianū se diceret: et simplicianus responderet: q[uod] et hoc

nō crederet: uisi ipsum in ecclesia videret. Ille iocando interrogauit: an parientes sacerdotes hominem christianum. Tandem dum ad ecclesiam deuenisset: et ei tanquam verecundo occulte liber: in quo erat symbolum fiduci: ad legendum datus fuisse vicitorinus in altum ambonem ascendit: et alta voce publice symbolū pronunciauit: et ex tunc quod christianus esset cūcīs uinotus: qui vita et doctrina clarus in urbe cum pace quietus: sepultus in pago vestitus.

De sacerdotio Zacharia sacerdote. Cap. xli.



**Z**acharias sacerdos filius sole sine barachie cuius sanctitas ab ipso christo domino et textu eius gelico commendatur. Matt. xxvij. c. claruit in iudea sub regno iudas regis iude. Qui et patri summo sacerdoti defuncto in pontificatu successit: eius deinceps in vita sanctitate p[ro]mota similitus fuit. Eum enim mortuo losada sacerdote: qui iudas regis servus in legem domini seruandam direxerat. Iudas rex a via mandatorum dei declinasset: et post idola dominus israel ambulasset: cuius exemplo etiam regni optimates viciati sunt. zacharias sacerdos boni patris imitator publice redargueret non dubitabat. Unde indignatus rex fecit eum obru[m] lapidis inter templū et altare. Qui et sepultus est in ciuitate davidi in sepulchro paterno. In cuius mortis uultione seu testimoniu[m] duo notabiles apparuierunt. Primum ut dicit hieron. Q[uod] sanguis eius in sarcophago lapide p[ro]uincie ubi occisus est adeo fuit impressus: q[uod] inde nunquam deleretur. Secundum ut dicit epiphanius: q[uod] extunc populus in templo non accepit manifeste responsum: nec ex dabat: nec ex ephoth. Rex etiam iudas impunitus non transiuit: nam languore pessimum incurrens a duobus seruis suis interfectus est. Hec ex libro. ii. Paralip. c. xxvij. et ex dictis hieronymi ac histori scholastica. Num? scripsi passionem: quia dies eius festi certus non habet: inscriptione eiusdem nominis prophete p[ro]phetar[um] equivocationem vocabuli premittre decreui.

De sancto Zacharia propheta. Cap. xlii.



tate que ē in arabia: matre religiosa noīe theodora geniti: arte medicinae docti: in virgine grātie christi: omnē infirmitatē non solū ab homi⁹ nisbus: sed etiā a iumentis curabāt: gratias oīa tribuētes. Naz et camelū arte diabolica debilitatum sanū restituētes: illesum abire fecerūt: **D**onatona ait noīe palladia paralytica: cum omnia sua in medicis cōsumpſisse: ad sanctos dei accessit: et ab eis sanitatē integrā reportauit. Tunc illa damiani munuscūlū obtulit. Et cū recipere nollet: et illa cū sacramētis p̄ nomē dñi adiurasset: recipere acqueuit: vt ei⁹ deuotioni satisfaceret: et ne nomē dñi spernere videatur. Quod vt cosmas cōparuit: turbatus precepit: ne corpus eius cū fratris corpe ponere. Sequēti ḥo nocte dñs cosme apparuit: et frātrem de suscep̄to munere excusauit. **A**udiens autē preses lysias famā eoī: et q̄ in xp̄i virtute infirmates sanabāt: eos ad se accersit fecit: et que essent eoī nomina: que patria: que condīcio: que fortuna reçīsūt. Illi ḥo responderunt ad singula: q̄ nomina eoī erāt cosmas et damianus: patria ḥo arabia: cōdīcio xp̄iana: fortunaz autē christianos nescire dixerūt. Addētes se et alios tres fratres cōsobrinos habere: antimū: leontius: et eusebius. Quos preses missō cū eis officio sibi presentari iussit: et cepit agere vt sacrificarent: quod cū facere contēnerent p̄cepit eos in manib⁹ et pedib⁹ grauitor torquerit. Et dum eius supplicia deriderēt: iussit eos castigants vincos in mare p̄cipitari. Sed statim angelus dñi affuit: et diruptis vinculis illos e pelago liberauit. Et cū hoc miraculū p̄ses magicis artib⁹ ascriberet: et ipsi ei xp̄i virtutem predicarēt: illeḡ se eos i noīe dei adriani velle sequi dixisset: continuo duo demones affuerūt: et eis in facie ceciderūt. Sed orātibus p̄ eo sanctis: statim demones discesserūt. Tunc preses dicere cepit: q̄ dñ contra eū indignari fuissent: quia illos relinquare cogitasse. **D**andauitq̄ sanctos in carcere trudit: donec eos quō perdesse cogitaret. Sequēti die illos eductos iussit

in ignē copiosum lactari. Sed tñ eos in nullis leſit: quin potius flamma erumpēt multos de astantibus interemit. Jubens ergo in equuleo suspendit: sed angelo eos custodiente fatigatis admodū ministris incendēdo: ante p̄fidei desponunt illesi: tres igit fratres fecit in carcere recludi: et cosmā et damianū crucifigit: et a pplo lapidari. Sed lapides in iacentes redibant: et plurimos vulnerabāt. Eductis ergo tribus fratribus: et statib⁹ iuxta crucē cosmā et damianū precepit a q̄tuor militib⁹ sagittari. Sagitte autē martyres nō ledebāt: sed cōverte plures occidebāt. Lysias autē se cōfusum in oīibus cernens: omnes quinq̄ fratres insimul gladio cediſſūt. Christiani autē memorēs verbū quod dīcebat sanctus cosmas: damianus cum eo sepelire dubitabāt. Et ecce subito camelus aduenit: et humana voce loquēs sanctos in vnum sepeliri mādauit: quod et factū est. Processu ḥo tēporis duorum fratrum cosme et damiani corpora romā sunt translata: et ecclesia eoz nomini edificata. Passi sunt autē sancti martyres. v. kal. octobris circa annū dominī. cccxxvii.

**D**e sanctis Florentio et Hilario martyribus. Cap. cccxiii.

### Lorentius et hilarius

martyres passi sunt in gallijs caſtro ſeduno. Qui a paganiſ tenti dum christū cōfiterent: postq̄ linſgue eoz preſcise fuiffent: dum adhuc integrō ſermone loquentes fidei noſtre preconia p̄dīcarent: gladio feriri iussi ſunt: et ſic martyriū a domino corona perceperūt. v. kalen. octobris. **H**ec ait in martylogio:

**D**e sanctis Adulpho et Iohanne martyribus. Cap. cccxv.

### Dulphus et iohannes

nes apud cordubā hispanie ciuitatem passi ſunt. Qui p̄ cōfessio ne nominis christiani capite cefit: a christo domino coronari meruerunt. v. kal. octobris: vt ait ait in martylogio ex dararij hieronymi ſum pro.

**D**e sancto Fordeo epo. Cap. cccvi.



**F**ordeus episcopus anno quin̄to constantis: qui et constantinus in hibernia claruit: vt dicit Vigilbertus. Hic nobilis genere: et nobilitate fidei: ab infantia ſancto litteris eruditus: duz inter parentes suos ſacri verbi ſeminaret eloquiuī: quadā die ſubito egrotās quasi mortu⁹ ſteti: et quatuor man⁹ ad ſe deſup extenſas cōſpectiōnē tenetēt

F. lliij

## Liber

eam per brachia pennis subuolabat. Ipse autem quasi per caliginem duo angelica corpora cerneret. Videlicet tertium angelum armatum scutum se precedere: et canticum mellifluum audivit ignorans. Sed ab angelo superiori mandatis istis: ut ipsum ad corpus reducant. Ipse autem postquam ad se rediit et atrinantes festentes aspergit: horatque est eos: diuinisq; sacramentis perceptis de illo et altero superuerit. Media nocte ferme terribile letus exceptus recordatus locundissime visionis. In transitu quoque suo visum mirabilem vidit: quem beda describit. Videlicet bonos angelos se suscipientes: et demones clamantes: ac contra eos bella commonentes. Et cum eos precessissent: conuersi ignita facula in eum factabant: sed angelus quidam precedens ea secuto suscepiebat: et protinus extinguebat. Tunc demones angelis opposuit: et forseus sepius ociosos sermones dixerunt. Sed angelis responderunt quod nisi principalia crimina proferret: propter ista minima non perficeret. Et cum dudu super hoc dispuerant: tandem prelati angelorum cum demonibus demones in hoc coeriti sunt. Tunc demon alius opposuit: quod seruus qui scit voluntatem dominum sicut nec facit: plagi vapulandus est multis. Hic autem dona iniquorum recepit. Nam a quodam usurario vestem perceperat: quem non restituerat. Excusantibus autem eum angelis et discētibus: quod demones occulta dei iudicia non cognoscerebant: diabolus tam grauerit eum percussit ut postmodum vite restitutus semper percutiuntur vestigium retinuerit. Arripentes enim demones unum de his quos in ignibus torrebant: ipsum in eum sacrauerunt: qui eius humerum maxillaq; incendit. Lognouitque forseus hominem: quia ille erat cuius vestem accepit. Et hanc percutiōne punita re deo pro receptione illius vestis recepit. Deinde ceperunt demones cum angelis coēdere de proximi dilectione: quia videlicet proximum sicut seipsum non dilixerat. Et cum in hoc etiam demones vici suos ad alias accusationes conuersi ceperint proferre quod dignae penitentiae delinqūtibus non amiciasset. In omni modo contradicione demonum valida exstitit pugna: donec iudice deo triumphantibus angelis deuictisq; aduersariis immensa claritas vir sanctorum circumfusus est. Et ad mandatum angelorum mūndū respiciens videlicet tenebrosam: et quatuor ignes in aere aliis quibus spacijs a se distantes. Quos dixit ei angelus esse quatuor ignes mundū succēderes: quod unus est ignis superbie: secundus inuidie: tertius auricie: et quartus luxurie. Qui postmodum in unum redacti illi appropinquabant. Et cum flaminā accēdente timeret: confortauit illum angelus dicens: quia quod non accēderat in eum non arderet. Deinde ab angelis super rectū ecclie spūs eius adducit: ubi tamen corpus eius mortuus adductus plangebat: ubi ab angelis cadaverū agnoscere: et ipsum reasumere: ille vero ostiū.

## Octauius

rebusabat. Tandem coactus ad corpus leducit: et sic cūctis stupētibus forseus suscitatur. Quid visa omnia populo retulit: et deinceps aspergimam vitam duxit. Incendia vero que in spiritu sumperat in scapulis corporis et gena apparebant. Inde egressus predicavit scortis: et que per visum habuerat enarrabat. Deinde ep̄s factus ab angelo monitus apud hibernitā predicavit. Ac inde populus inuidia electus per britanniam in satoniā deuenit: et a rege sigiberto suscepit monasterium cōstruit. Quod fratri suo forlano nomine gubernandū dedit: ipse autem vulcano alio fratre suo heremā pertinet: ibi p̄ annū p̄manit: inde compulsus a rege clodoueo cōfiliū gratia ad galliarū littora nauigauit. Et a rege suscepit honorifice monasterium in latiniaco op̄ido cōstruit: in quo laudabiliter vitam finiuit iiii. kal. octobris. Eius corpus in villa q̄ dicta parona sepultū est: ut dicit beda.

**D**e sc̄o Ulricelao martyre. Cap. cxxvii.



**U**lus boemiorum tempore henrici imperatoris martyris passus est. Qui post q̄ sacras litteras dedit: amore celestis patrie non ad superbie ventū accepit dominij dignitatē: sed ut multis prodesse posset: unde sua pauperibus et ecclesiis largissime impendebat. Cum autem vocatis principibus et baronibus cunctis ad curiam imperatoris fratris sui germani: ipse postremus omnium aduenisse: et alii principes indignati locū ei ad sedendum dare nullare nū decreuerint: statim ut aulam intravit: crux aurea in fronte eius apparuit: atq; duo splen didi viri rīsunt hincinde ipsum comitantes. Qui cesar mox assurgens ipsum p̄ ceteris honorauit. A quo adhuc gentile ad cōfūliū in dolo multatus est. Et id est cesar honorasse: ipsum tamē christianissimum oderat: unde cum ulricelau post prādiū ex more ad ecclesiā p̄geret: ei imperator cum turba gentilium insecurus est: ipsum ante ecclie forē p̄cubebat occidi fecit: et martyris dno cōscravuit. Eius sanguis in pavimento effusus in testimoniū fratricidij p̄ multa annū currucula: nec abrādi potuit nec abstergi. Post ali quod tēpus dū fideles corpus ipsius trāsferre vellē: invenerunt eius vulnera plene sanata: excepta auricula: quod ei fuerat totaliter absissa: quod tamē loco suo applicata cōtinuo p̄solidata est. Cum autem ad fluvium maximū et inuidantem deuenissent: et ipsum transire dubitarēt: innocato sc̄o martyre: currū cō supposito corpe et alia parte fluminis repēte trāsfectū viderunt: oēs statim fine pīculo trāsferunt. Dū autem ad ciuitatē pragā corpus detulissent: carcer subterraneus cōfūliū

## De sanctis in mense septembribus occurrentibus. Fo. ccxxxvij.

Illuminatur: et facto terremotu aperitur: cunctis captiuis solutis vinculis liberantur. Eadem nocte p<sup>r</sup>es crucifixus regi dacie apparuit: ei dixit: Quod peccata eius ipm iterato crucifixerant: et quod nisi ecclesia sancto martyri vinceret conderet peccatorum veniam minime perciperet: unde ex hoc rex territus: ecclesiam cum monasterio ordinis sancti benedicti sancto martyri fabricauit: et bonis suis largissime dorauit: ubi et sanctum corpus eius requiescit miraculose clarens. Passus est autem iiiij. kal. octobris.

**D**e sancto maximo martyre. L<sup>a</sup>p. cxviii.



### Arimus

martyr passus est sub Decio cesare optimo autem p<sup>r</sup>onunt apud asiam ciuitatem: quam ingressus de cius maximum detentum: dum ad sacrificia deorum compellere non posset. Iussit eum fustibus cedi: deinde in equuleo leuatum grauitate exangulari. Ita ut carnes una cum sanguine in terram destuerent. Cumque martyris dominus diceret tormenta sibi non dolorem: sed yunctionem inferre. Iussu proconsulis mandante decio extra ciuitatem eductus: ibi lapidibus obvultus occubuit. iiiij. Kalen. octobris. Sepulchrum est a christiani luxta murum ciuitatis memoriae eius a fidelibus desuper edificata.

**D**e sancto exuperatio epo. L<sup>a</sup>p. cxix.



### Exuperan

tius p<sup>r</sup>es claruit apud tolosanam ciuitatem. Qui beatus vir ipsius urbis pontifex: quantum sibi extiterit parcus quantumque alius largus sanctus hieronymus memorabilis prosecutus est relatu. Qui et domini confessor in clytus quarto kalen. octobris. in xfo feliciter requieuit: sepultus in ecclesia tolosana: ut sit ad in martyrologio.

**D**e dedicatione basilice sancti michaelis archangeli. L<sup>a</sup>p. cxix.



### Edicatio ba

silice sancti michaelis archangeli duplacter nominatur: secundum dedicatio basilice: et memoria ipsius. Dicitur autem dedicatio eo quod hac die locum eius templum in monte gargano sibi dedicatum fuisse michael archan-

gelus revelavit. Cum enim ut dictum est supra in eius apparitione octavo idus maii: sanctus archangelus michael in monte gargano: sponsus fidelibus contra neapolitanos adhuc gentiles victoriam miraculose contulisset. Sponsi quoque ante os spelunce: ubi archangelus apparuerat: quotidiane orationibus vacarent: sive pontini adhuc dubitabant: an predictum locum ingredi vel dedicare deberent. Tunc episcopus duxit super his romanum pontificem consulendum: qui super hoc requirendam decrevit ars changelli voluntarem. Instantibus ergo cunctis triduo ieiunio apparuit in hac die michael archangelus episcopo: dicens non esse opus ipsum quam edificauerat ecclesiam dedicari. Ipse enim qui considerat: ipse et consecraverat: precepitque ut die sequenti locum cum populo ingrediens ipsum precibus frequentaret et specialem suum patronum sentiret: deditque eis predictae consecrationis signum: ut scilicet ab oriente per posterulam ascenderent: et ibidem marmore vestigia hominis impressa viderent. Vnde igitur episcopus et populus ad locum veniunt et introges- si cryptam magnam: et tria altaria inueniunt: quorum duo in australi parte posita erant tertium vero in orientali venerandum: et rubeo pallio circumiectum: ubi celebratis missarum solenniis: vestigia: ut archangelus praesiderat inuenientur: et omnes ad propria cum gudio redierunt. In eadem spelunca aqua lucida et nimium dulcis emanat: que post communionem sumpta diversas ergostudines sanat. His auditis papa in honorem sancti michaelis et omnium beatorum spirituum hunc diem videlicet tertio kal. octobris per totum orbem statuit celebrandum. **D**icitur etiam hoc festum memoria: eo quod in ipso ut dictum est omnium angelorum memoria agimus. Circa quod sciendum est: quod sicut dionysius ponit in libro de celesti hierarchia. Omnes angelorum sunt tres hierarchie: et nouem ordines: ita quod quelibet hierarchia tres ordines continet: et dicitur a hieron: quod est sancti: et archos principes: quasi sacri principatus. Superior autem hierarchia continet seraphim: cherubim: et thronos. Media dominationes: virtutes: et potestares. Ultima vero principatus: archangeli: et angelos. Eorum autem ordinatio et dispositio potest videri per simile in terrena. Nam ministrorum qui sunt sub uno rege: quidam operantur immediate circa personam regis: sicut consiliarii et assessores et cubicularii: quod similes sunt primae hierarchie. Quidam circa regimen regni continet: ut principes milites et iudices: et hi sunt similares secunde. Quidam autem operantur circa regimen aliquius partis regni: sicut prepositi et basili: ac praefides: et hi sunt similares tertie. **T**res igitur ordines prime hierarchie accipiuntur: in quantum deo assistunt. Ad hoc autem tria necessaria sunt: scilicet summa dilectio: et

## Liber

hoc quantum ad seraphin qui interpretantur ardentis. Perfecta cognitio: et hoc quantum ad cherubim: qui interpretantur plenitudo scientie. Perpetua fructus sunt quietatio: et hoc quantum ad thronos: quia in eis deus sedere dicit: dum eos in se quiescere facit. Tres autem ordines medie hierarchie accipiuntur: in quaum habent regere universitatē hominum in cōmuni. Et hoc consistit in tribus. Primo in presidēto sunt imperando: et hoc pertinet ad ordinē dominationū qui alios inferioribus sunt: et eos in diuinis dirigunt: ac eis imperant. Secundo in operando: et hoc pertinet ad ordinē virtutū: quibus nihil est impossibile exequi quod mandatur: et ideo eis atriū opatio miraculorum. Tertio in arcendo et expellendo contraria impeditur: et hoc pertinet ad ordinē potestatū: qui habent arcere demones et contrarias potestates. Tres vero ordines ultime hierarchie accipiuntur sicut quod habent regimē limitatum et determinatum. Nam quidam sunt unū principie: et hi sunt de ordine principiū: sicut erat princeps perserū: qui praecebat p̄fis: de quo habet danielis. x. Quidam sunt unū multitudinis vel ciuitati: et hi dicuntur archangeli. Quidam vero sunt singulare: et hi sunt angelii: et ideo angelī minorū: archangeli vero majora numerare discuntur: quod bonū multitudinis dignius est bonum unū hominum. Decet autem nos nedium in hac solennitate: sed cotinue oēs istos angelos honorare ppter. viii. rationes. Primo quod sunt custodes nostri. Eiuslibet enim homini datus duo angelii: unū malus ad exercitū: alius bonus ad custodiendū. Effectus autem angelice custodie in homine triple assignari potest. Primum est: ut aia non cadat in malum culpe: Et hoc facit angelus tribus modis. Primo impediendo peccatum futurum ne fiat: hoc significatum est numeri xxx. In balaam qui ad maledicendum Israel pergens ab angelo in via impeditus est. Secundo increpando preteritum: ut ab eo quis recedat: quod significatum est iudicium secundum. Cum angelus filios Israeles prevaricatione increpat: ipsi eleuauerunt vocem. Tertio quasi violentiam inferendo: ut a presenti eripiat: quod significatum est in violenta eductione loti de sodoma. gen. xix. Tertius effectus est: si anima cadit postmodum resurgat. Et hoc facit etiam tribus modis. Primo mouendo eum ad confessionem: quod significatur tobise. Et ubi tobias iunior ad documentū angelis de felle p̄ quod

## Octauus

intelligitur contritionis amaritudo: insuit patris oculos: sc̄ cordis. Secundo purgando labia ad confessionem: quod significat esa. viii. vbi p̄ angelum labia esat purgant. Tertio cogaudendo ad satisfactionē. luc. xv. Tertiū est angelis de super uno peccatore tē. Secundo debemus eos honorare: quia sunt ministri nostri. Hebre. i. Omnes sunt administratores sp̄is tē. Omnes enim propter nos mituntur: quia superiores ad medios: mediis ad infimos: et infimi ad nos. Et hoc quidam cōpetit. Primo bonitatis diuinae: in hoc enim manifestat diuina bonitas: quem nostram salutem diligat: dum nobilissimos sp̄is et sibi intima charitate unitos: ad nos dirigit et transmittit. Secundo charitatis angelice. Cum enim charitatis ardentes sint: maxime desiderant alio: ut salutē. Ideoque ut nos mitant lex exigit angelice charitatis. Tertio humanae indigētie. Quidam enim angeli ad inflamandū affectum ad dilectionē: unde in huius figura leguntur missi in curru igneo. iiiij. Reg. vi. Ad illius ministrum intellectū ad cognitionē: figura huius apoc. Et in angelo quod habebat librum apertū in manus sua. Ad corroborandum oē pfectū usq; in pfectiōne. huius figura. iiiij. Reg. xii. Angelus portauit heile panem subcinericium: et vas aquae: et comedit: et bibit: et ambulauit in fortitudine cibis illius usq; ad montem dei. Tertio honorāti sunt: quod sunt fratres et cōciues nostri. Omnes enim electi assumuntur ad ordinē angelorū: quidam ad superiorēs: quidam ad inferiores: quidam ad medium sicut diversitatē et exigētiā meritorū: et brā virgo super omnes fuerit exaltata. Et hoc gregorius in quadam homilia p̄ plixa verba insinuare videt. Quarto quod sunt aia et nrā in celis portatores. Et hoc faciunt triplici modo. Primo viā p̄ parādo: malach. iiij. Ecce ego mittō angelū meū et p̄parabit viā tē. Tertio p̄ viā p̄paratā in celum bainulādo. Ego. xxiiij. Ecce ego mittō angelū meū quod te cust. in via: et indu. in ter. quā p̄mit. patribus tuis. Tertio in celo collocādo. luc. xv. factū est ut moreref mēdicet et portaret ab angelis in sinu abrahe. Quinto quod sunt orōnū nrā ante deū presentatores: ipsi enim primo orōnū nrā deo presentat. tob. xiiij. qui orabas tu cū lachrymā sepe. mo. ego obtulī orationē tuā dñi. Secundo ibide. p̄ nobis allegant. zech. i. Rūdit angelus dñi et dicit: dñe exerci. usq; quo non miserebita. iuda. xviij. hierusalē quib; trāt̄ es tē. Tertio dei servitiam et gratiā nobis renunciādo. danielis. ix. dī. Et gabriel ad eū volās dixit. Ab eō dño precū tuarum egressus est sermo. glo. i. sententia adeo. et infra. Ego autem venīt indicarem tibi tē. Sexto sunt honozandi quod sunt regis eternī nobilissimi militēs: sicut quod dñi tob. xxv. Nunquid est numerus militū eius? vidim autem quod in militib; aliqui regis: quidam sp̄ in aula regia cōmorant et regē associant: quidam ciuitates et castella custodiunt et p̄seruant: quidam vero regi inimicos expū

## De sanctis in mense septembribus occurrentibus. Fo. ccxxvij.

gnant. Ita horum militum Christi; quidam in celo emprego semper regem regni associantur; ad eius honorum cantica leticie et glorie cantantur: dicentes: sanctus sanctus sanctus sanctus sanctus. *Esa. vi.* *Ite benedictio et claritas et sapientia tecum. apoc. vii.* Alii autem custodiunt cluitates villas: illi. s. qui nobis sunt ad custodiendam deputati. *Esa. lxvii.* Sup muros tuos Hierusalim constitutus custodes. Alii vero dei timores. i. demones expugnant. *apoc. xiij.* Factum est prelatus magnum in celo. i. in ecclesia militante cum una expositione: michael et angelus eius preslia. cum draconem tecum. *Septimo et ultimo quod sunt tribulatores consolatores. zacch. primo.* Angelus qui loquebatur in me verba consolatoria. hoc autem faciunt tribus modis. Primo confortando et roborando. *dasi. xi.* Tertius daniel corruietur tergitus eum angelus dicens. Noli timere patibuli: confortare et esto robustus. Secundo ab impatiente conservando. *ps. Angelis suis manda uit de te. et infra.* In manibus porta. te: ne forsan. ad lapide pedem tuum. Tertio ipsum tribulationem refrigerando et minuendo. Et hoc significatur dan. iiiij. ubi angelus domini cum tribus pueris descendit in fornacem: et fecit mediuum fornacis quasi ventum roris flantem.

**De sancto Maximino episcopo.** *Lap. cxxxi.*



**Maximus**  
epis. apud rhegymnum ciuitatem clas-  
ruit. Qui de vico quoque ibi de coni-  
cio otorum parentibus Christianis ab infante virtutibus et sacris litteris eruditus: relieto seculo insulam lerinensis monasterium percepit: ubi monachus factus omni sanctitate pollebat. Multasque infidias diabolus perpessus deuicit: postea vero factus est abbas monasterii successor sancti honozarii. Quaz diabolus nocte quadam exterrere volens eisdem in forma horribilis apparuit: sed signo crucis edito confestim evanuit. *Doctus* sanctus se bracitare cepit. Qui decubentib[us] rursum demon in specie draconis se ostendit: sed cum orasset ad dominum monstrum depellitur: et sanctus protinus a febre curatur. *Nocte quadam orationis gratia* ad littus egressus: vidit nauem ad portum apostolicum: cuius naute ad eum venientem eidemque dicunt quod fama eius ad syrie partes conuolauerat: multusque populus eum desiderabat: ubi si vellet accedere multum domino populum posset acquirere: offerentes se illum in sua nauem vecturos. Qui diabolus figura perpendens orauit: et signo crucis edito: nauis fantastica cum nautis disparuit. *Electus* deinde a populo in episcopum rhegynem ciuitatis gregem dominicum verbis nuntiebat et exemplo: qui etiam basilicam sancti albanii intra castellum rheggi construxit. Ad quam edifici-

candam dum pauci boues eo presente columnas faciliter traherent. Absente vero plurimi trahere non possent: vocatus epis videt demonem in forma parvum ethiopis plastro incidentem. Quem postquam sua oazione fugauit: boues opus solitu[m] etiam in eius absentia celeriter perfecerunt. Cum autem reliquias ad ecclesiam consecrandam deferrent: puer quidam frater rhegyni diaconi de muro lapidis cecidit et expirauit. *Luius corpus* diaconus in cubile episcopi collocauit. Ad cuius processione officio maximus thalamum ingressus puerum oratione suscitauit. *Als* etiam tunc cuiusdam vidue nobilis ciuitatis defuncta: motus maternis chrysitis ad vitam redixit. Adolescentulum insuper mortu[m] rabidi canis extinxit: sua oratione pristine vite restituit. Lanem quoque qui multos lanauerat: leui iactu baculi pemir: vulnera etiam cunctis infecta sanauit. *Quaedam* h[oc]em quod bos cornu per ferries encerauerat: vulneribus alligatis: infra dies septem sanguinem effecit. *Lecu* quendam qui ab annis. xv. lumen oculorum amiserat: dum ad matutinum pergeret: et pedibus ipsius cepisset: dulcius postulatus: signo crucis edito protinus illuminauit. Obitum autem suum et preservauit et predixit. Et in stratu proprio quasi leuis sopore decentius spiritu emisit. *iii. kalen. octobris.* *Luius corpus* per tinuo miro odore fragravit. Sed dum in eius exequiis puella nup[er] defuncta loculo viri sancti substracta fuisset: protinus a mortuis resurrexit: et una cum ceteris corpori sepulture interfuit: et deum collaudare cepit. Sicque sepultus est in ecclesia sancti petri rhegynae ciuitatis: ubi iacet miraculis clarus.

**De sancto Hieronymo presbytero et doctore.** *Lap. cxxxii.*



**Jeronymus**

presbyter et doctor existens filius eiusdem viri nobilis oppido stirpe donis: quod dalmaticum quoddam panoniceque confitum fuit: extitit orbundus. Hic adhuc puer romana adiit: ubi literis grecis et latinis et hebraicis plene eruditus est. In arte grammatica donatum: in rhetorica autem preceptorum habuit victorinum: scripturis autem divinis exercitabatur die ac nocte: et inde haustus avide: quod postmodum effudit abunde. Quodammodo vero tempore sicut ipse in epistola ad custochium refert: dum de die tulli: de nocte platonem avide legeret: eo quod sermo fidei inculcus in libris prophetarum non placeret: circa medium quadragestim subita febre coepit: adeo ut calore iam vitali deficiente exequie funeralia summi iudicis rapitur: et cuius conditionis esset interrogatus: Christianum se fore profitef-

## Liber

Quem iudeo aperto ore dementiens: ciceronianum: esse dixit: non christianum: eo quod ubi thesaurus suus ibi esset et cor suum. At hieronymus obmutuit: et iudeo illi acriter cedi iussit. Cum autem misericordia postularet: et astantes pro iure venia supplicarent. Jurauit hieronymus ac protestatus est quod si vnde codices seculares legeret: eorum negaret. In hec verba dimissus reuertit: et lachrymis se totum perfusum inuenit: ac ex verbis scapulas repperit linientes. Extunc se diuinorum voluminum studio totaliter contulit. **C**Dum autem esset annoz. xx. per librum papae romane ecclesie cardinalis presbyter ordinat. Tunc sub imperatore constantio in arrianam heresim lapso et aliae hereses pullula re ceperat: quas omnes vir sanctus verbo et scripro iuxta sibi a deo data sapientia cepit infiltrare: cuius papilla nobilissima romanorum eius discipula sedula ministrabat: eiusque filia eustochium virginem sacratissimum hieronymus diuinorum studiorum imbuebat. **C**Hortuo vero papa liberio sanctus doctor dignus summum sacerdotio ab omnibus acclamatur. Sed dum clericorum et monachorum laici in reprehensione: ab eis turpiter derisus est. Nam ut ait iohannes beleth. Cum hieronymus ad matutinum pergeret: veltem mulieris lineam quam iuxta lectum posuerant super pellicem suum putans induist: et sic ad ecclesiam processit. Hoc autem faciebant emuli: ut multe habere in thalamo credere. **Q**od ille videns: eorum cessit vesanie: et ad gregorium nazarenum constantinopolitanum episcopum peruenit: a quo multa in sacris litteris didicit. Deinde alexandri percepit: et didymum doctorem pluribus mensibus audiuit. Post hec in syriam abiit: in possessione enagri presbyteri aliquantulum commoratus. **C**Deinde in egypti heremum properauit: ubi quanta pro christo sustinuit in epistola ad eustochium ipse commemorat. Nam incredibili se penitentia et humano corpori penitus importubilis macerauit: ibique quadriennium egest. Quo peracto ad bethleem oppidum remeauit: ubi prudens animal ad presepe domini se obtulit permansurum. Penitentiam vero consuetam nullatenus dimisit: et carnem diris verbibus flagellauit. Ad portam quoque bethleem occidentalem cenobium construxit: et multis discipulis congregauit: inter quos eusebium nobilissimum cremonensem predilectum habuit. Bibliothecam autem suam quam summo sibi ediderat studio: iterum relegens: diem leiuissimum ducebat ad vesperum. In translatione etiam scripturarum. I. annis et. v. mensibus desudauit: et semper virgo permanuit. **O**Donasterium quoque ancillarum dei condidit: in quo paulam viduam et eustochium eius filiam virginem: que cum secure fuerant multis sacris virginibus preposita: et regulam eis monasticam dictauit. **C**Um autem usque tunc in ecclesia unusquisque caneret quod vole-

## Octauius

bat: ad instantiam theodosij imperatoris dominus papa hieronymo imposuit: ut diuinum officium ordinaret. Qui psalterium per ferias et nocturnos et horas alias canonicas diuisit: et Gloria prius in fine psalmorum catarti instituit. Epistolam et euangelia per anni circuitus: ceteraque omnia ad officium pertinentea preter cantu ordinavit. **Q**od papa damasus sibi missum approbavit: et ecclie celebrandi tradidit. **Q**uadam vero die aduersus rascente: dum hieronymus cum fratribus ad sacram lectionem legendam sederet: leo quidam claudicans monasterium ingressus est. Fugitiibus crucis cum solus sanctus doctor exceptit: et leonis platum a sentibus vulnerata inuenit. Adhibita ergo cura leo conuulxit: et inter eos quasi domesti cum animal habitabat: feniisque sicut bos comedebat. **L**ui hieronymus officium imposuit: ut asinum loci ligna de morte deferentem: ad pascha et ad nemus duceret et custodiret. **Q**uod et factum est: leonem asinum continue more pastoris industrii comitantem: ipsumque fideliter defensante. **Q**uadam autem vice leone grauiter soporato: mercatores cum camelis illac transeuntes: asinum sollem pascentem a leone elongatam rapuerunt. **E**xpergefactus leo: socium rugiendo querens huc illicet discurrebat. Et eum non inueniens ad portam monasterii tristis rediit: et intus ac si preveretur dia ingredi non presumpsit. Videntes autem fratres quod sine asino rediisset: putauerunt quod fame compulsius illum devorasset: nolebantque eum nonam prebere coisuctam. **C**Tunc admonente hieronymo officium asini leoni intulit: et ligna cedentes ei imponunt. **Q**uod cum leo patientissime ferret: quadas die expleto opere ad agrum exiuit: et quasi diuino instinctu vndeque discurrere cepit. Et ecce vidit a longe negotiatorum cum onustis camelis precedente asino venientes. Leo igitur recognito asino: rugiens super eos irruit: et omnes homines in fugam convertit. Deinde terribiliter cauda terram percutiens: asinum et camelos perterritos sicut erat omisi: ante se ad cellam ire coegit. **Q**uod cum fratres vidissent et mirati hieronymo nunciassent: iussit sanctus camelos introduci: et depositis sarcinis pedes eis lauari: et super hoc voluntatem domini expectari. **T**unc leo cepit per monasterium discurrere: singulorum fratrum vestigia se prostrantes: et de perpetrata culpa quasi causa alludens veniam postulabat. Hieronymus autem futurum preciosus iussit hospitibus venturis refectionem parari. Et ecce hospites adiungunt preforibus: abbatem videre querentes. Ad quos cum epissere illi pedibus eius adiuvanti: pro commissa culpa veniam postulabat. Quos ille benignus introducebat ac reficiebat: admonivit ut suis contentis aliena decetero non vesperet. Illi autem beato hieronymo licet dum recusanti medietatem olei quod secum attulerant pro benedictione obtulerunt: eandemque mensuram annis

## De sanctis in mense septembri occurribus. fol. ccxxxix.

singulis se et suos heredes eius fratribus datu-  
ros promiserunt. Tanta autem laetitiae fa-  
tigatus est: ut in stratu suo facens funiculo ad  
trabem suspenso supinus manibus se leuaret:  
ut scilicet officium monasterij prout poterat ex-  
hiberet. Per annos vero quinquaginta: nunc co-  
ctum: nisi bis in ultima egritudine manducauit:  
carnem cisticino sacco semper domauit: nec stra-  
tum aliud nisi terram vnguis sciuit: semel in die  
post vesperas radices aut folia arborum degus-  
tauit: semper orationis: aut eruditiois: aut le-  
ctioni intentus. Appropinquamus autem vite  
termino: se super nudam humum collocari pcepit:  
et sacco quo induiebatur opiri: ubi prius fratres  
suos ad se conlocatos dulci eloquio et sacris ad  
monitiis informauit: et eusebium eis in ab-  
harem dimisit. Deinde sacram eucharistiam si-  
bi oblatam cum lachrymis sumpxit. Et supinus  
ad terram rediens: manibus in modum crucis  
super pectus extensis: symonis prophetebat  
cinium decantauit. Quo finito cum esset hora  
completoriis: subito lux maxima: ac si sol in meri-  
die eum circumfulsisset: in qua luce ab astantibus  
vise sunt ales angelorum discurrentes: tanquam  
scintile in ardore. Auditaque est vox saluatoris  
ipsum ad celestia instrans: et sancti docto-  
ris se paratum venire respondens. Et post ho-  
ram lux disparuit: et inclitus doctor cum luce  
spiritum ad dominum emisit: prie die calen. octo-  
bris. Anno etatis sue. xxi. mense. vi. anno hos-  
norum imperatoris. xxii. Corpus vero quod pren-  
mia afflictione et verberibus leprosi specie pre-  
tendebat: odorem nimis omnia aromata super-  
rantem fragrabat. Eadem hora cyrillus hies-  
rosolymitanus episcopus olim ei auditor: oras  
in cella raptus in spiritu vidit inter speciosum  
et lucidissimum de monasterio sancti usq; ad celum:  
et multitudinem angelorum splendentium  
alternatum cum melodis et caribus cereos des-  
serentium: et aliam non minorem istis: obuiam  
modo simili vententem. Animam quoque hiero-  
nymi post omnes ad salvatoris ipsius dexteram  
ad celos procederem. Que in loco vbi cyrillus  
degebatur subfistens: se eidem animam esse do-  
ctoris incliti reuelauit: et ut ad suos pergeret  
filios mandauit: quatenus eos lugentes cōfor-  
taret: et quod viderat nūclareret. Statimque viso euau-  
nuit: et cyrillus eadem hora illum migrasse co-  
gnouit. Eadem etiam hora augustinus epis-  
copus hipponeus. in sua cellula existens dum tractar<sup>9</sup>  
de ratione braciorum copilare veller: et super hoc hie-  
ronymi consulem disposuisset: ac epistolam  
ei scribere cepisset: ineffabile lumen cum odoro  
rum fragrantia incomparabiliter cellam replete:  
egregiadmodum stupere: vox de luce insonuit: que  
ipsum de nimia presumptione redarguit: eo quod  
existens in carne mortali beatitudinem eternam  
comprehendere cogitasset: quod nulli morta-  
lum aliquando possibile foret. Cum autem aus-

gustinus ab eo quereret et quis esset. Respon-  
dit: se esse hieronymi animam: cui ipse epistolā  
notare ceperat destinandā: que ipsa hora a car-  
ne soluta ad celum gaudia properabat. Cum autem  
augustinus ab eo multas questiones de trinitate  
et angelica natura: atque de beatavita quisiisset:  
et ipse ad singula clarius respondisset: lux illa  
cum voce disparuit: odor tamen pluribus die-  
bus permanuit. Eadem hora in clivitate turo  
nei. duo monachi monasterij sancti marini cum  
quodam alluvoces omnium musicorum instrumen-  
torum dulcisonas audierunt: et lucem sole clas-  
sorum conspicuerunt: odore quoque cunctorum  
aromaticum persenserunt. Et admirantes tan-  
ta: audierunt vocem de celo: qualiter Christus cum  
angelis omnibus patriarchis prophetis: apostolis  
martyribus: confessoribus: et virginibus:  
ac beatorum omniis animabus hieronymo presul by-  
tero: tunc in bethleem mortuo occurrebat: cuius  
animam ad celorum gaudia tam feliciter pro-  
ducebat. Corpus autem eius cisticino sacco  
quo vivens vrebatur in mortuum in terra prout  
ipse mandauerat sepultū est videlicet ante ostium  
speluncae: in qua Christus fuit natus: et in sepulcro  
reclinator. In cuius equestris cecusvnius ana-  
tuitate visum recepit. Sordus et mutus audi-  
endi: et loquendi facultatem accepit. Hereticus  
etiam quidam qui corpus illud incendio dignum  
asseruit: subito in ligni speciem est mutatus: et  
mox fulmine de celo descendente combustus: at  
in chærema redactus. Alia quoque signa et mi-  
racula stupendarunt innumera per sanctum suum  
dominus operari dignatus est: que in epistolis  
eusebii: augustini: et cyrilli legitur: que per sin-  
gula ponere longum esset. Hic gloriosus do-  
ctor propter sacram expositionem veteris testa-  
menti: quod ex hebreo: et noui: quod ex greco  
sermone transtulit in latinum: infinita pene alia  
opuscula edidit. Omnes enim. xvi. prophetas  
exposuit. Quorundam grecorum doctorum vo-  
lumina in latinum transtulit. Scripsit opuscula  
sive epistolas ad diuersos circiter. cxlv. Tra-  
ctatus quoque Epistolas alias breves. lxx. Ser-  
mones. x. Item libros hebraicarum questiones.  
Item hebreorum nominum. Libellum de locis  
terre sancte conditum. Ab eusebio in latinum ver-  
tit ex greco. Super libro psalmorum. cl. tracta-  
tus prolixos edidit. Libri de optimo genere  
interpretandi ad pannachium. De virtutis illus-  
tribus. Item contra souianum libros duos.  
Item contra heluidium de beate marie virgi-  
nitate perpetua librum unum. Contra pelagii  
librum unum. Contra origenem libros quatuor.  
Contra vigilantium librum unum. Ad nepos-  
tianum libros duos. Super euangelio matthei  
libros quattuor. Ultam pauli primi heremiter  
aliorum patrum monachorum. Librum chronicū  
omnimode historie. De seraphin librum unum.  
De osanna lib. vnu. De frugi et luxurioso fuius

## Liber

librum unum. Homelias origenis. xxviii. in hys remia et ezechiele ex greco in latinum convertit. Item de questionibus veteris legis. Homelias in canticis cantorum. ii. Commentariorum in epistola pauli ad galathas li. iii. In epistola ad ephesios lib. iii. In epistola ad titum librum. i. In epistola ad philemonem lib. i. Super genesim librum unum. Didymi librum de spiritus sancto ex greco in latinum vertit eloquuntur. In lucâ homelias origenis. xxviii. In psalmis a decem usq; ad. cxvi. tractatus septem. Captiui machi monachii gesta descripsit. Contra rufinum aquilem. presbyteri inuestigativas plurimas. Ad beatum augustinum epistolas multas. Item librum prohemiorum super libris diuine scripture. Ad heliodorum exhortarium. Altercationem luciferianorum et orthodoxi. Ad eustochium de virginitate seruanda lib. i. Ad marcellam epistolam lib. unum. Commentarios in ecclesiasten plures. Enchiridion in psalterium. Aduersus heliacum librum. i. Et opuscula alia aduersus hereticos. Epistles. De mansionibus filiorum israel lib. i. Et alia innumeravolumina ad edificationem ecclesie catholice sua pietate cōpositum. Et pene oēs libros noni ac vereri restantem cōmentat est.

**De sancto Antonino martyre.**

Lap. cxxvii.



**Antoninus**  
martyr apô placentiam cinctarem passus est. Qui unus fuit ex sacra legione thebeorum et socius beati mauriti martyris. Qui de placentis finibus egredens per orientales provincias pertransiit: et multa miracula fecit. Denū ad urbem suam rediens ab infidelibus tentus et capite celsus gloriose martyro coronatus est. Cuius corpus ignorū dñs beato sauvino ipsius ciuitatis epo revelauit. Appearuit enim vir splendidus: qui ostendit ei: vbi faciat sancti martyris corpus: qui etiam formam corporis et membra et annos militie et nomen et caput abscessum signauit: vixit quoq; plenum eius sanguine pro testimonio seruatissimis. Et ut ipsum corpus ex eodem loco levare: et digno sepulchro condere deberet admonuit: qui euangelis visionem clero et populo referauit: et in loco ostendo fodere custos precepit: vbi sanctum corpus sicut epo ostensum fuerat: per osa inuentum est. Quod dum leuarerit gutte aliquae sanguinis ex eo profluerunt. In cuius translatione cum solus ibi esset sauvinus epo sex alii ap̄paruerunt: qui essent: vel unde venissent omnibus ignoti. Lenates ergo corpus martyris posuerunt in sepulchro sancti Victoris epo. Qui alias invita sua spiritu prophetico predixerat:

## Momus

Q post eius obitū maior eo in ipso tumulo quiete scere debebat. Sepulcro quoq; corpore episcopi pī illi qui apparuerat subito discedentes nusq; visi fuerunt: sicut sanctum corpus condigna reverentia considererunt pridie kalē octobris.

**De sanctis Victore et Urso martyribus.**

Lap. cxxvii.



## Victor et Ursus

martyres passi sunt in gallis castro salodoro. Vi fuerunt ex gloriosa legione thebeorum: cui mauritius dux exigit in cyrus. Qui prio dies supplicis excruciat: sed celesti super eos lumine coruscante: ruatibus in terrā ministris erecti. Deinde in ignem missi: sed in nullo penitus lesi. Nouissime gladio consumati sunt pridie kalē octobris: ut altis in suo martylogio.

**Explicit liber octauus.**

## Incipit plogus noni libri.



## On⁹ liber pre

sentis catalogi continet in se passiones et gesta ilorum sanctorum quorum festivitates occurunt infra ipsos: in quo ecclesia representat propagationem filiorum: qui fuerunt ihesus ecclesie defensores: quales fuerunt sancti martyres. Hoc autem tempus est a kalendis octobris usq; ad kalendas novembres. Et hoc sub figura sanctorum machabeorum: quorum tunc libri leguntur: qui uti sancti martyres pro fide: sic et illi pro lege dei usq; ad effusionem sanguinis resistiter decerrarunt. Ad ipsius ergo temporis festa pertractanda percurrentur. Notandum autem: quia sancti machabets: videlicet mathathias et eius filii: qui inter sanctos testamenti veteris connumerantur: nullas certas in anno festivitates habent: eo quod eorum dies obitus sunt ignoti. Idcirco in principio huius libri premituntur: eorumque gesta pertractunt: quia eo tempore eorum libri in ecclesia dei legitur. Acta etiam quorundam altorum sanctorum: eisdem machabeorum contemporaneorum: quorum similiter festivitates certos dies non habent: prefatis machabeorum in seruntur historias: ut sanctorum Onite et symonis eius filii sacerdotum et martyris eleazari.

**Finis prologi.**